

# The Liber Pharetrae Project

## Liber 3: De periculosis Caput 48: De morte (6)

Idem (Augustinus), *super Joannem*:

Inter spem et desperationem fluctuat  
anima.

Quid ergo egit Deus cum  
periclitantibus utroque morbo?

Propter illos, qui desperatione  
periclitantur, proposuit indulgentiae  
portum; propter illos, qui spe  
periclitantur,

fecit diem mortis incertum.

Inter spem et desperationem fluctuat  
animus.

Metuendum est ne te occidat spes, et cum  
multum speras de misericordia, incidas  
in iudicium; metuendum est rursus ne te  
occidat desperatio, et cum putas iam tibi  
non ignosci quae graua commisisti, non  
agas paenitentiam, et incurras in iudicem  
sapientiam, quae dicit: *Et ego uestrae  
perditioni superridebo.*

Quid ergo agit Dominus cum  
periclitantibus utroque morbo?

Illis qui spe periclitantur, hoc dicit: *Ne  
tardes conuerti ad Dominum, neque  
differas de die in diem; subito enim ueniet  
ira illius, et in tempore uindictae  
disperdet te.* Illis qui desperatione  
periclitantur, quid dicit? *In quacumque  
die iniquus conuersus fuerit, omnes  
iniquitates eius obliuiscar.*

Propter illos ergo qui desperatione  
periclitantur, proposuit indulgentiae  
portum; propter illos qui spe  
periclitantur

et dilationibus illuduntur,  
fecit diem mortis incertum.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis  
euangelium tractatus CXXIV.*, 33.8  
(CCSL 36, R. Willems ed., pp.310-11,  
ll.14-28).